



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo
Motv**

Peucer, Kaspar

Vitebergae, 1576

VD16 P 1990

III. Regula.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

Cum prima Tauri 4. grad. 57. scrup. Cum prima
 Cancrī, 11. grad. 34. scrup. Cum prima Librē 14.
 grad. 17. scrup. equatoris cooriuntur. Cum toto
 Ariete 12. grad. 48. scrup. Cum Geminis 26. grad.
 29. scrup. Cum Cancro 37. grad. 55. scrup. Cum
 Virgine 43. grad. equatoris. ascendunt.

πρόσιμα.

Hinc sequitur πρόσιμα. In sphaera obliqua sex
 signa oriri recte, sex oblique. Cum ijs enim signis,
 que in hemicyclio zodiaci descendente initio Cancrī
 vsq; ad finem Sagittarij succedunt, plus oritur de
 quinoctiali, cum reliquis minus. Eoq; maior est diuer-
 sitas, quo obliquitas sphaerae, polo altius educto, au-
 getur amplius.

III. Regula.

ARCUS Eclipticae aequales, paribus spacijs ab
 alterutro puncto equinoctiali distantes, ascensiones
 habent aequales. Cum enim ab equinoctiali in di-
 uersas partes equaliter declinent, ad Horizontem
 etiam ut pariter inclinentur necesse est, cum angulus,
 quem equator cum Horizonte constituit, immu-
 riabilis sit. Hanc regulam tria sequuntur porissima
 ta.

Primum πρόβλημα.

Signa opposita non habent ascensiones aequales in sphaera obliqua, quod ea, quanquam paribus intervallis declinent versus oppositos mundi polos: tamen cum ab alterutro punctorum equinoctialium non equalibus arcubus disiungantur, necessario ad Horizontem inaequaliter inclinentur.

Secundum πρόβλημα.

Descensio signi non est aequalis ascensioni eiusdem. Non enim eodem modo se habent partes signi feri ab ortu ad Meridianum, quo à Meridiano ad occasum, Sed oppositè, ita ut quo obliquiores in ortu cum Horizonte angulos configurant, eò rectiores in occasu efficiant.

Tertium πρόβλημα.

Cum zodiacus sit Circulus maior atq; adeo ab Horizonte necessario secetur in aequalia hemicyclia, sic ut sex signa perpetuo sint supra Horizontem, sex infra: sequitur cuiuslibet signi ascensionem esse descensionem signi oppositi, & contra, utq; signa recte orientia oblique occidere, & e converso.